



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Henrici Canisi[i] Noviomagi, Belgæ, Jn Academia  
Ingolstadiensi SS. Canonum Profess. Ordinarii & Primarii,  
Opera Quæ De Ivre Canonico Reliqvit**

**Canisius, Heinrich**

**Coloniae Agrippinae, 1662**

XXV. De arbitris.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62169](#)

se dolus præstetur, ne furti agatur vel injuria-  
rum, si fortun vel injuria fiat, l. Statute 27, Parag.  
illudem Parag. seq D. De pac. Ita ut beneficium  
Ecclesiasticum accepia pecunia resignetur, c. 4,  
Ext eod. Item pactum cum filia iocum, ut dote  
contenta, hereditate patris abstineat, Pedium do-  
sali 3, C. De collat aut cum uxore, ut marito licet  
alienare rem donalem aut donatam propter nu-  
ptias, Auth. Sive à me C. Ad S. C. Velleian l. unica  
Parag pennit. C. De reis uxori ad. cùm tria priora pa-  
ca turpia sint, posteriora vero juri adverfa.  
Quamvis in his posterioribus receptum sit, quòd  
jurisjurandi accessione confirmatur, c. Quamvis  
De pac lib. 6, c. Cum contingat. 28, De iurejur c. 2,  
De iurejur lib. 6, propter juris regulam, qua jube-  
tur omne juramentum servari, quod non vergit  
in dispendium salutis æternæ, neque redundat in  
alterius præjudicium, d.c. Quamvis & d.c. Cum  
contingat in fine. a

¶. 4. Idem in transactione, vñliti in causa benefi-  
ciali aut matrimoniali.

In transactione similiter animadvertisendum  
est, ne hoc contrabonus mores, aut de re, quæ  
transactionem non admittit, interponatur : ve-

luti in causa spirituali, in qua transactio speciem  
simonie continet, c. 4, c. 6, & c. 10, Ext. De trans-  
actio licet in ea amicabilis & gratuita compositio  
non improbatur, c. 9, Ext eod. At in matrimonio  
nulla transactio, nullaque compositio admitti-  
tur, c. fin. eod. De transact. Si enim legitimè semel  
contra factum est matrimonium, amplius dissolvi  
non potest, can. Præcipit. can. Præceptum xxxii. que-  
s. si illegitimè, id est, contra sacros Canones ini-  
tum, reconciliari non potest transactione vel  
compositione pastuum, c. Non debet 8, in fine Ext.  
De conf. & affin.

#### Notatio in Tit. 24.

¶ Nec est, quod quis nobis succenseat, quod hanc  
vñliti juramento tribuamus ; cùm c. iure civili resti-  
tutio integrum, qua aequitate naturali initur, l.i. D.  
De minorib & tot, legibus confirmata & recepta est,  
solus juramenti adiunctione excludatur, l. 1, & Auth.  
Sacramenta pub. C. Si aduersus vendit. & l. 3, C.  
Si minor se major. dix. Et ratio taxue nostri eadem  
est quæ est d. l. 1, videlicet, perfidia & perjurium, qui-  
bus se obstringit juramento transgressor. Quod libuit  
hic obiter meminisse contra Molynæum, quem citat &  
sequitur Mynsing. cent. 6, obs. 62, in fine.

## DE ARBITRIS.

### TITULUS XXV.

#### S. I. Arbitri qui?

**A**rbitri hoc loco dicuntur, qui ex con-  
ventione partium sumuntur ad dissi-  
dam controversiam, qui in Dig. & in Cod.  
vocabantur arbitrii receperit, tis. Derecept arbitri. quod  
ex recepto, id est, ex compromiso, assumuntur,  
l. Rem non novam 12, circa princ. C. de judic. Quòd  
factum est, ut & hi arbitrii compromissarii appell-  
lentur.

#### ¶. 2. Quo numero assimi possint arbitrii.

Assumi autem possunt, uno vel plures, pari-  
vel imparinumero, c. 1, & passim Ext. hoc sit, quam-  
vis expeditius sit, imparinumero eos sumi; ut, si  
omnes non consentiant, inveniatur saltem ma-  
jor pars, cuius arbitrio sicutur. In paribus ferè res  
sane exitu est, propter naturam hominum ad  
dissentendum, facilitatem, l. Item si unus 19, in  
grinc. D. hoc sit,

#### ¶. 3. Arbitrii, ubi in sensu non conveniunt.

Hic, si ex tribus arbitris duo in decem & ter-  
tius in quinque coadement, prævalet senten-  
tia duorum : licet si unus in quindecim, alter in  
decem, & tertius in quinque pronuntiant, hu-  
ius sententia præferatur, cùm & alio duo in hanc  
summaria, quæ majori inest, una concurrant, c. 1,  
eod. lib. 6.

#### ¶. 4. Praesentia arbitrorum an necessaria.

Debet autem omnes arbitri adesse; alioqui,  
uno absente, sententia alio; um licet consentien-  
tium non valer; cùm in omnes compromissum  
sit, l. Si in tres 20, D. b. t nisi in compromisso adje-  
ctum esset, at si unus vel alter abesset, reliqui ni-  
hil minus procederent, l. Non distinguimus 37, q.  
cum in plures D. cod. aut niskobiscus legitimè requi-  
site.

situs nolit adesse causæ cognitioni vel definitio-  
ni. Nam his casibus cæteri præsentes poterunt  
causam cognoscere & decidere ; cum hujus ab-  
sentiæ per præsentiam divinam repleatur. Quod  
posterior ex benignitate Juris Canonici rece-  
ptum est, o. 2, eod. in 6, contra Jus Civile, in d. Si  
ra 1765.

quo sensu accipiendus est textus, in d. Parag. 1. Cujus rei  
utilitas in eo vertitur, quod non appellerent à  
sententia arbitri, l. 1, C. De recept. arb. nisi in caſu §.  
adde in fine inf. de appell. & pœnæ peritio detur, si  
qua (ut fieri solet) adjecta sit compromiſſo, l. 1,  
D. eod. c. 4, & c. 9, Ext. hoc tit.

¶. 5, Qui arbitri eligendi

Nihil autem interest, qui arbitri elegantur,  
dummodo non sicut improbati : quales sunt ser-  
vi, l. Padiuſ 7, Parag. 1, D. eod. mulieres, l. fin. C. eod.  
(oīſi tamen hæc jurisdictionem habeant ex con-  
ſuetudine loci, c. Dilecti 4, Ext. eod.) item furiosi,  
furdi, muti, l. Sed etſi in fervum 9, Parag. 3, D. eod.  
minores 20, annis, l. Cum lege 46, D. eod. excom-  
municati, cum biā fidelium communione ex-  
clusi sint, c. penult. De sentent. excom. junctâ tamen  
moderatione Parag. ſan̄d̄ ſup eod. tit. Alii verò recte  
eliguntur, ſive ingenui ſint, ſive libertini ; ſive  
integritas famæ, ſive ignominiosi, d. l. Padiuſ in prin.  
ſive patres familiarium, ſive filii familiarium, et-  
jam jure patris, l. 5, & 6. D. eod. item ſive Clerici  
ſint, ſive laici, etiam inter Clericos ; dum tamen  
inter Clericos laici in caſu civili ſumantur. Nam  
in laicos de re spirituali compromitti non potest,  
cap. Contingat 8, Ext. eod. niſi coniunctim cum Cle-  
rico, ex auctoritate judicis Ecclesiastici, c. Per  
ſuas 19, eod. & ibi Imola num. 7.

¶. 6, An in judicem compromitti poſſit.

Sed an in judicem de ea re, in qua iudex eſt,  
compromitti poſſit? controverſunt quidem alii,  
propter textus in l. Sed & ſi 19, Parag. 1, D. eod. vide I-  
mola ad c. Cum tempore Ext. eod. & Hostiens. in Sum-  
manum 3. Nobis exploratus eſt, poſſe, ſive lo-  
quamus de delegato iudice, ſive de ordinatio, d.  
temp. Cum tempore & ibi Glossa in c. Cum olim 7, c. Ex  
parte 10, eod. c. Literas 14, Ext. De præsumpt. dum ta-  
men id ſponte ſiat à partibus, non jubente iudice,

¶. 7, Arbitrorum ſententia ſtandum eſt, ſive que-  
ſive iniqua; exceptis caſibus hic relatiſ.

Et quia arbitri ex consensu partium ſumun-  
tur, ſtandum eſt corum ſententiaz, ſive a quam, ſi-  
ve iniquam dixerint, a ; cum ſibi imputate par-  
tes debeat, quod meliores non elegerint, l. Diem  
profere 33, Parag. ſtar. D. De recept. arb. l. Societatum  
77, Parag. fin. D. Pro ſocio, junctâ l. Quod quis ex cul-  
pa D. De R. I niſi forte arbitri præscriptam com-  
promiſſi formam excederint, c. Cum dilectuſ 6.  
Ext. hoc tit l. Non diſtinguemus 32, Parag. de officio cum  
Parag. & l ſeq. D. eod. aut ſordibus vel gratia du-  
ci, ſententia tulerint, l. 3, C. eod l. Ita demum 36,  
D. eod & ibi latius, aut non obſervatoſ judicii ordi-  
ne proceſſerint ; cum arbitria ad ſimilitudinem  
judiciorum redacta ſint, l. 1, & ibi Gloss. ac D. D.  
eod. junctâ l. Prolatam C. De ſentent. & interlocut.

¶. 8, De quibus compromitti non poſſet.

Ad extreſum, de caſa matrimoniali, libera-  
li & criminali compromitti non poſſet ; cum  
majores judges requirant, textus in c. Cauſa 9,  
Ext. De in integr. ratiſtut. d. l. Non diſtinguemus Parag.  
Julia ubi additur actio popularis, ut nec de ea compro-  
mitti poſſe. Quæ autem illa ſit, vide Gloss. & D. ad l.  
D. De popul. actionib.

Notatio in Tit. ult.

Hoc accipiendum eſt, quondam ius partis, que laſa qđ,  
non autem quondam ius scriptum, ſive non scriptum, id  
eſt, conſuetudinem, ſicut probat textus in l. Rem 20.  
vam 12, C. De jud. & ibi Salicot.

FINS LIB. TERTII.

SUMME